



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.42. Episcopi Leodiensis abdicatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

§. XLII.

Sæcul. XIII.

A. C. 1274.

Episcopi Leodiensis abdicatio.

Papa 3 Julii Henricum Geldrum Episcopum Leodiensem, quem ad concilium venire jufferat, ad se vocavit. ^{Hæsem. p. 298.} Leodii, Hoji, Dinantii, & Trudoni incolæ pariter oratores ad concilium miserant, qui de Henrici exemplis pessimis, & corruptissima vita conquererentur. Papa, priusquam ex juris norma cum eo ageret, quæsit, an cedere ultro, vel expectare sententiam mallet. Episcopus sperans gratiam, pastorem annulum suum Papæ tradidit: qui hoc retento illum adiecit, ut dignitati suæ nuncium remitteret. Ajebant, Papam etiamnum memorem fuisse injuriæ sibi, cum Leodiensis Archidiaconus esset, ab Episcopo factæ, qui pleno Canonicorum in Senatu ipsius pectori calcem impegisset. Duodecim annos, postquam exauthoratus erat, superstes fuit. Interim Papa Joannem Angianum ab episcopatu Tornacensi ad Leodiensem transtulit, Stabletanam illi Abbatiam addens. ^{p. 204.}

§. XLIII.